24

·xx· ¶ Subsermo primus·

IN opademate suo quo corona
uit eũ mater sua· A ¶ Hic tã
git² obiecti specificatio quid vi
delicet videre debeam⁹ ĩ pue
ro nato· Ubi sciendũ ꝙ de isto
puero est duplex consideratio
Una s₃m eius diuinitatem· Alia s₃m ei⁹ hu
manitatem· Et quantũ ad quãlibet consi=
deratione̅ duo sunt attendẽda· Primo q̄
sit eius mater eum corans· Secũdo quo vl
quali opademate coronat⁹ existat· ¶ Quã
tum ad primũ processum de eius natiuitate
eterna scd̃m doctores mater verbi eterni
erat fecunditas paterne intelligẽtie qua
pater ab eterno genuit verbũ sibi consub=
stantiale et coeternũ· et hoc de primo· ¶
Secundo sciendũ ꝙ hec mater coronauit
verũ salomone̅ nostrũ·i·ip̃m verbum eter
num opademate regalis dignitatis q̄ ver
bum eternũ patri gignendi in omĩbus pfe
ctionibus essentialibus coequatur· Est em̃
opadema scd̃m phõ·ethi· Corona regalis
habens multos ornatus de auro et gẽmis
et põt in se continere plures coronas· Et
s₃m hoc possum⁹ dicere ꝙ opadema verbi
eterni quo coronauit eũ fecunditas pater
ne intelligentie habet in se noue̅ coronas
inclusas·i·noue̅ dignitates et p̃rogatiuas
regales quibus semp eminet vel supemi=
net omnib⁹ entibus creatis· Et in hoc opa
demate nouem coronarũ vidit eum iohes
cum scripsit euangeliũ in principio ꝛc· Ubi
succincte compr̃hendit noue̅ cõdiciones sup
excellentissimas quasi noue̅ coronas incõ=
municabiles oĩ creature· B ¶ Prima co
rona est essentie vnitas cũ pr̃e·hãc tan=
git iohannes in eo quod dicit In principio
erat verbum· Quia s₃m aug· Est principiũ
nõ de principio et hoc pater·et est princi=
pium de prĩcipio/et hoc est filius· Per hoc
aũt ꝙ verbũ eternaliter erat in principio
id est·in patre significat² ꝙ filius est indi=
stinctus a patre p essentiã·ioh·x· Ego in
patre/et pater in me est tanꝙ indiuisi su=
per quo verbo dicit Ambro· Per hoc ꝙ pa
ter est in filio et filius in patre/intelligit²
ꝙ vna est eorum substantia· ¶ Secũda co
rona est in psona alietas· Si em̃ pater et
filius essent vna et eade̅ psona que digni
tas esset ex hoc filio certe nulla hãc coro=
nam tãgit·ioh in eo ꝙ dicit et verbũ erat
apud deũ· Nam s₃m gramaticos hec prepo
sitio apd̃ importat distinctione̅· Nemo em̃
proprie dicit² esse apud semetipsum ¶ Tercia
corona est in maiestate equalitas·hãc tã=
git iohes in eo ꝙ dicit· Et deus erat v̓bu₃
Deus est em̃ infinite virtutis et bonitatis
Si ergo verbum est deus sequitur ꝙ infi=
nite v̓tutis et bonitatis ac p hoc est patri
in maiestate eq̃lis· ¶ Quarta corona e̅ eq̃=
litas in eternitate hanc tãgit iohes in eo
ꝙ dicit hoc erat in principio apud deũ· Et
est sensus· hoc sc₃ verbũ apd̃ deũ·i·in eter
nitate apud patrem· Criso· Hoc erat ĩ prĩ
cipio apud deũ· Non em̃ fuit vnꝙ̃ solitari
us pater a verbo sed semp verbũ erat de
us apud deũ· ¶ Quinta corona verbi e̅ ꝙ
ip̃m est principiũ creatõnis sufficiens·quia
ad omĩa producenda suffecit·hanc tangit
iohes in eo ꝙ di^t· Oĩa p ip̃m facta sũt sc₃
per verbum ab ip̃o patre· ¶ Sexta coro=
na est ꝙ ip̃e principiũ indeficiens quod no
tatur in eo ꝙ dicit· Et sine ip̃o factũ est ni
hil· Quia nulli opationi deest· Nam pater
sine verbo nihil facit·ioh·v· Omĩa que pa
ter facit et filius similiter facit· Similiter
creatura sine verbo coopante nihil facit·
ioh·xv· Sine me nihil potestatis facere·
¶ Septima corona verbi est ꝙ ip̃m princi
piũ p̃cognoscens est quod notat iohes in
eo ꝙ dicit· Quod factũ est ĩ ip̃o vita erat·
Omĩa em̃ sunt ĩ ip̃o anteꝙ̃ fiãt et ĩ ip̃o vi=
uunt ¶ Octaua corona est ꝙ est aliis cog=
nitionem p̃bens quod notat iohes ĩ eo ꝙ
dicit· Et vita erat lux hoim· Ideo aũt dici
tur lux hoim·quia homines illuminat et vi
dere facit· Unde ps̃· Signatũ est sup nos
lume̅ vultus tui dñe· ¶ Nona corona ver=
bi est ꝙ ip̃m est aliorũ cognitione̅ excede̅s
quod notat iohes in eo ꝙ dicit·et lux in te
nebris lucet et tenebre eam nõ compr̃hen=
derũt· C Ubi nota ꝙ verbũ diuinum
omnem creatã cognitione̅ excedit duplici
ter· Uno modo quia claritas intelligentie
diuine ĩ infinitũ excedit limpiditate̅ cuius=
libet intellectus creati· Ita ꝙ quilibet in=
tellectus creatus compat² ad ip̃m verbu₃
sicut tenebre ad lucem· Et hoc est quod di
citur et lux in tenebris lucet p quanto sc₃
lux diuina in me̅te creata lucet pticipãdo
se sibi ad aliquam cognitione̅ intellectua=
lem ¶ Alio modo quia ip̃m verbũ est cau=
sa excelle̅s verbũ quod ĩ infinitũ excellit cu
iuslibet creati intellect⁹ facultate̅· Et hoc
est quod addit²·et tenebre eam nõ comp̃=
henderũt· Premisse aute̅ noue̅ corone ita
proprie attribuunt² verbo eterno ꝙ nulli
creature sunt cõmunicabiles· ¶ D ¶ Quan
tum ad secũdum processum de eius natiuita
te temp̃ali mater verbi eterni e̅ virgo ma
ria· Hec mater bñdicta coronauit verbum
eternũ opademate hũanitatis quã habuit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0045
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt